



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 44. S. Bonifacii in Germania labores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

## §. XLIV.

Sæcul. VIII.  
A. C. 723.*S. Bonifacii in Germania Labores.*

Interim S. Bonifacius Roma profectus cum Papæ Epistolis, & in Franciam ad Carolum Martellum delatus, accepit ab eo litteras ad omnes Episcopos, Duces, vit. c. 8. Inter. Bon. ep. 32. Comites, Vicarios, Domesticos, aliosque præfectos directas, ut hoc munitus præsidio libere, quo vellet, commeare posset. Igitur in Hassiam reversus ibi multis, qui Fidem jam prius receperant, impositione manuum Confirmationem contulit. At multos invenit sanæ Doctrinæ refractarios. Aliqui arboribus & fontibus sacrificabant, alii consulebant Aruspices & Divinatores, alii præstigias exercebant, carmina adhibebant, volatum & cantum avium observabant. Et aliqui equidem occulto, alii vero palam his superstitionibus serviebant. Qui ex tota mente conversi fuerant, S. Bonifacio consilium suggererunt, ut arborum enormis magnitudinis, quam Jovis Quercum nuncupabant, in eodem loco, quo hodie Civitas *Geismar* sita est, excinderet.

Magna Infidelium multitudo ad hoc spectaculum procurrit, multique secreto Deorum suorum hostem devovent. Sed ecce arbor securi aliquoties icta in  
qua-

Sæcul. VIII. quatuor partes æquales diffilit; quod  
 A. C. 723. Barbari prodigii loco habentes, & Deum  
 benedictentes, crediderunt. S. Episco-  
 pus ex ligno hujus Arboris Sacello S. Pe-  
 tri ædificato, ex Hassia in Thuringiam  
 migravit.

## §. XLV.

*Danielis Episcopi Epistola Dogma-  
tica.*

*ep. 67. inter.* Ad hæc tempora referri potest Epistola  
*Bon.* Danielis Episcopi Vitonienſis ad Bo-  
 nifacium Discipulum suum data, conti-  
 nens monita de modo convertendi bar-  
 baros. Dicit: *Falſorum Deorum Genea-*  
*logiam non nisi oblique impugnabis. In-*  
*fidelibus tecum disputantibus dabis, Deos*  
*suos alterum ab altero conjunctione utri-*  
*usque sexus, more hominum, natos fuisse,*  
*ut hoc saltem capiant, illos non extitisse,*  
*priusquam nascerentur. Ubi eos compu-*  
*leris ad fatendum, quod Dii originem ha-*  
*buerint; amplius quæres, an credant,*  
*bunc Mundum, habuisse initium, vel semper*  
*extitisse. Si initium habuit, quis cum*  
*creavit? sane ante Mundi creationem lo-*  
*cum non invenient, ubi Dii geniti existe-*  
*re & habitare potuissent. Dum autem*  
*Mundum dico, non hanc modo terram &*  
*Cælum visibile accipio, sed etiam omnia*  
*spatia, quæ sibi Infideles imaginari pos-*  
*sunt. Si affirmant, Mundum semper ex-*  
*stitisse,*